

personas, sed omnes consuetudines scripte in libro consuetu-
 dinum servari debeant et eis detur plena fides, dummodo non
 sint contra statuta Tergesti, nam aliqua consuetudo producta
 in iudicio vel allegata, que esset contra formam alicuius sta-
 tuti, est et esse debeat nullius valoris, tanquam si producta 5
 [vel] allegata non fuerit; et de cetero omnes consuetudines
 approbate ante millesimum trecentessimum quadragesimum
 secundum indicione decima, scripte in libris cancellariorum
 vel malefitorum, dari debeat etiam plena fides, quamvis non
 essent scripte in libro consuetudinum; et nulla persona al- 10
 legare debeat aliquam consuetudinem in iure, que non esset
 adprobata et reperta ¹⁾ in scriptis, sub pena centum sold. pro
 quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et ex dicta
 consuetudine nullam possit consequi rationem; et si quis al-
 legaverit consuetudinem aliquam scriptam, eam producere 15
 debet in iure in scriptis infra terminum sibi per dominium
 Tergesti stabilitum, et ab inde in antea non audiat nec au-
 diri debeat, salvo iusto impedimento. ¶ Et si quis produ-
 xerit aliquam consuetudinem in iure que esset contra formam
 alicuius statuti Tergesti, sit nullius valoris. Qui liber consue- 20
 tudinum remanere debeat in custodia vicedominorum, et quo-
 cienscunque aliqua persona voluerit aliquam consuetudinem,
 tunc vicedominus comunis dictam consuetudinem, manu sua
 propria scriptam, extractam de libro consuetudinum, eidem
 215A persone petenti tribuere teneatur. // 25

Cap. XXXIII. Rubrica de compromissariis eli-
 gendis in questionibus atinencium.

Pro comuni utilitate ordinatum est quod, si aliqua questio
 erit vel esset coram dominio Tergesti inter patrem et filium
 fratres germanos consanguineos patruos avos vel avias, tam 30
 ex parte patris quam ex parte matris, dominus potestas vel
 vicarius loco potestatis non debeat audire talem vel tales per-
 sonam petentem vel conquerentem in iure, sed per dominum

¹⁾ Aggiunta marginale.